Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

foderunt inquit manus meas et pedes meos. dinumerauerunt omnia ossa mea. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quā habui prius quā mundus eet apud te. Hoc est sic tunc. ita et nunc. Sicut nunc predestinatione. ita et nunc perfectione. Fac inmundo. qd apud te iam fuerat ante mundū. fac insuo tempore. qd ante omnia tempora statuisti. Intelligamus predestinationē claritatis humanę quę in illo est naturę exmortali inmortalis apud patrē futurę. Et hoc iam predestinandū. factū fuisse ante quā mundus eet. qd inmundo etiā suo tempore fieret. Si enī de nobis dicit apls. sicut elegit nos inipso ante mundi constitutionē. cur aberrare putatur auero. si tunc pater caput nrm glorificauit. quando nos inipso ut membra eius eemus elegit. Hinc audiamus aplm. insuarū exordio litterarū. nam et prima epistolarum eius est adromanos. et ipsius epistola. principium est ubi legitur. Paulus seruus ihu xpi uocatus apls. segregatus ineuangeliū dī. Quod ante pmiserat ppropheta suos inscripturis scis defilio suo. qui factus ē ei exsemine dauid scdm carnē. Qui predestinatus est filius dī inuirtute. scdm spm scificationis exresurrectione mortuorū. Scdm ergo hanc pdestinationē. etiā clarificatus est ante quam mundus eet. ut eet claritas eius exresurrectione mortuorū apud patrē adcuius dexterā sedet. Cum ergo uideret illius predestinatę sue clarificationis uenisse iā tempus. ut et nunc fieret inredditione. qd fuerat inpdestinatione iam factū. orauit dicens. Et nunc clarifica me